LVDOVICI GOZADINI IVRISCONSVLTI BONONIENSIS DISERTISSIMI

CONSILIA, SEV RESPONSA,

IN SVAM VERAM LECTIONEM MENDIS, QVIBVS AFFLVEBANT, SENSVM ET ORATIONEM depravantibus, quoad fieri potuit, expunctis, nunc denuò Reſtituta.

ARGVMENTORVM ADHAEC EORVNDEM LOCIS, quæ deerant, adiectis, numeriſq; ſuo, unde aberant, loco repoſitis illuſtrata,

PER PETRVM VENDRAMOENVM.

ACCEDENTE INDICE LOCVPLETISSIMO.



VENETIIS,
Apud Nicolaum Beuilaquam, & ſocios,
M D LXXI.



CONSILIA D. LVDOVICI DE GOZADINIS

VTRIVSQVE DISCIPLINAE DOCTORIS ET PROFESSORIS LONGE CLARISSIMI,

NVNC DENVO A MENDIS, QVIBVS SCATEBAT, ſenſim ſubuenientibus accuratius ac elimatius, quàm antea, vendicata.

¶ Vaſallus quomodo, & quando in feudo ſibi præiudicet, ut eo cenſeatur priuatus.

SVMMARIVM.

1 *In contractu ultrò citròq; obligatorio ſi quis ſe uult fundare in eo contractu contra aliquem, debet probare ex parte ſui omnia fuiſſe impleta.*
Fidem non ſeruanti fides ſeruari non debet.

2 *In contractu ultrò citròque obligatorio non adimplente alius in continenti abſque interpellatione dicitur conſtitutus in mora, licet dies non ſit appoſita, & nu. 39.*

3 *Tranſactionem non ſeruans non poteſt ſe ex illa iuuare.*

4 *Soluens partem debiti ex cauſa tranſactionis liberatur à toto, ſi tranſigens promiſit amplius non petere: ſecus uerò, ſi non promiſit, & nu. 21.*

5 *Agens ad decem ſi obtineat in quinque, & de aliis quinque ubi ſit dictum, poterit agere ad reſiduum.*

6 *Contractus tranſactionis eſt ſtricti iuris.*

7 *Renunciatio limitata non operatur ultra caſus limitatos.*
Renunciatio eſt ſtricti iuris.

8 *Exceptio non comprehenditur ſub diſpoſitione generali.*

9 *Deiectus per uim non deſinit ciuiliter & animo poſsidere.*

10 *Vaſallus an propria auctoritate poſsit ingredi feudum, & depredare, quando dominus de facto & ſine cauſa eſt ingreſſus, ſi aliter fundum ab eo conſequi non poteſt.*

11 *Vi expulſus pōt propria auctoritate occupata loca occupare.*

12 *Spoliatus non debet ante omnia reſtitui, quando non remaneret ſalua cauſa proprietatis, & difficile eſſet recuperare, ſi obtineret petitorio.*

13 *Dominus non poteſt auferre feudum ſine culpa uaſalli.*

14 *Proœmium in quacunque diſpoſitione denotat cauſam finalem diſpoſitionis, & declarat mentem contrahentium.*

15 *Acceptans & approbans intelligitur acceptare, & approbare cum omnibus ſuis qualitatibus.*

16 *Ratio, quæ colligitur ex proœmio, quid operetur.*

17 *Ratio generalis ampliat dictum & diſpoſitionem, ut generaliter intelligatur, licet alias non ita intelligeretur.*
Lex odioſa & pœnalis propter identitatem rationis extenditur & ampliatur.

18 *Verbum ſtatus ſignificat eſſentiam, conditionem, & qualitatem, in qua quis reperitur.*

19 *Vniuerſalis ſeu generalis oratio facit comprehendi ea, quæ alias non comprehenderentur.*
Feudum ex cā tranſactionis poteſt penes aduerſarium relaxari.

20 *Delictum maius eſt, quod conſiſtit in faciendo, quā in cōmittendo.*
Feudo priuatur, qui non ſeruat fidem conuentionibus.

21 *Debitor in centum ſi ex cā tranſactionis ſoluat 50. & creditor promittat amplius non moleſtare, quando liberetur a toto.*

22 *Inuadens poſſeſsionem rei ſuæ apud alium conſtitutam tenetur reſtituere, & dominio eius priuatur.*

23 *Vaſallus debet petere ueniam, ſi uult agere contra dominum.*
Feudum ex inuaſione amittitur duobus modis.

24 *Pater ex facto filii tenetur, quando eſt in eius poteſtate.*
Fraus inter coniunctas perſonas præſumitur.

25 *Feudatarius duorum dominorum, quando eſt bellum inter ipſos, uel utrique, uel nulli auxiliari debet.*

26 *Feudatarius cōtrahēdo amicitiā cū inimicis domini priuat. feu.*

27 *Dominus habet cognoſcere, quādo eſt orta lis inter eū, et uaſallū.*

28 *Feudum ſine ſententia propter notoriam culpam uaſalli poteſt auferri etiam abſque eius ſcientia.*
Dominus habet fundatam intentionem emphyteutam cecidiſſe propter non ſolutum canonem, niſi ille probet ſolutionem.

29 *Poſſeſsio ciuilis, quæ erat penes dominum, trahit ad ſe naturalem quando finitum eſt feudum, quæ erat penes feudatarium.*

30 *Poſſeſsionem ingreſſus cum tāta potentia, quòd ei reſiſti nō poſ-*